

sancti Michaelis proxime affuturis. Praeterea ipsius anniversarium cum decesserit et ipsis innotuerit peragere debent annis singulis, sicut peragunt anniversarium fratris sui praedicti ac aliorum confratrum suorum, dando ei participationem omnium bonorum operum, quae in ipsorum ecclesia procurantur. Et ut ista firma et inviolata permaneant, sigillum nostrum praesentibus apponendum. Testes huius concordiae sunt magister Rudigerus decanus ecclesiae nostrae Mersburgensis, Henricus de Scapstete vicarius ibidem, Conradus notarius noster, Sifridus dictus Wilde, Thizo dictus Kra, Heiso de Scapowe, Rolico de Zwochowe milites et alii quamplures fide digni. Datum Mersburg anno domini M^o.CCC^o primo in vigilia sancti Johannis baptistae.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. An einem von der Urkunde z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen hängt ein unbedeutendes Siëgelbruchstück.

No. 56. 1301.

Bürgermeister und Rath bearkunden, dass Johann der Sohn Walthers des Kramers die zum Zweck der Unterstützung seiner hilfbedürftigen Brüder auf seine Lebenszeit und gegen Gewährung von Wohnung und Kost an den Probst zu S. Thomas verkauften Antheile des väterlichen Erbes vor ihnen und in Gegenwart von Zeugen aufgelassen und dass der Probst seine Genehmigung des Vertrages erklärt hat.

Nos Johannes dictus Auriga magister civium et universi consules civitatis Lipzk recognoscimus et tenore praesentium protestamur, quod Johannes filius Waltheri institoris quondam civis in Lipzk coram nobis una cum honorabili domino nostro praeposito ecclesiae sancti Thomae ibidem in Lipzk necnon cum quibusdam fratribus seu dominis et aliquibus familiaribus eiusdem ecclesiae et propinquis suis comparens, idem Johannes non coactus nec detentus nec aliquarum minarum terroribus devictus libere et voluntarie protestatus fuit coram nobis, quod pro subventionem fratrum suorum, qui eo tempore in summa egestate laborabant, vendidisset iam dicto domino suo praeposito de sancto Thoma novem iugera et dimidium ex illis duobus mansis, qui eundem Johannem in divisione hereditatis paternae iure hereditario contingebant, quos etiam mansos idem Johannes cum essent hereditas de consensu et bona voluntate fratrum et ceterorum propinquorum libere et voluntarie eidem praeposito et ecclesiae suae resignavit, ut ipsi denuo ad tempora sua conferrentur et sibi nihilominus a dicto domino praeposito et ecclesia sua in praebenda in mensa eiusdem domini praepositi provideretur, similiter in comoda vel in camera in qua requiesceret quamdiu viveret et dormiret. Quod factum idem dominus praepositus pro grato acceptans eidem Johanni praebendam in mensa sua et locum requietionis in curia sua honorifice designavit. In quorum omnium praemissorum videlicet testimonium quia in scitu nostro celebrata sunt praesentem litteram pro tollendo dubio sigilli nostri caractere dignum duximus roborandam. Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo primo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten grossen Stadtsiegel an einem Pergamentstreifen.